[1] Enter'd

Ruſtica Academiæ Oxonienſis nuper Reformatæ Deſcriptio: una cum Comitiis ibidem *A. D.* 1648. habitis, & reliquis nocatu non indignis.

BODLEIAN LIBRARY

RUmore nuper eſt delatum,
Dum agebamus ruri,
OXONIUM, *in* REFORMATUM
Ab his qui dicti PURI.

Decrevi itaque confeſtim
Obſtaculis ſublatis
Me oculatum dare teſtem
Hujuſce Novitatis.

Ingreſſus urbem juxta morem
Scrutandi deſiderio,
Nil præter maciem & ſqualorem
Fœdiſſimum comperio.

** A Decio in ſpecum acti,*
Qui tantum dormierunt,
Poſt ſæculum expergefacti
Tot mira non viderunt.

Erectas illi crebras cruces
Et Templa conſpexêre,
Quæ priſcæ pietatis Duces
Tum primum conſtruxêre.

* The ſeven Sleepers, who fell aſleep in the time of *Decius* his Perſecution, and awaked again 129 years afterwards, when Chriſtianity was ſetled.

Nos autem sanctiora nuper
Incidimus in sæcula,
Quæ tollunt ista tanquam Superstitionis Symbola.

Ad Scholas primum me trahebat
Comitiorum Norma;
Queis olim quisque peragebat
Solenniter pro Forma.

Expecto Regios Professores,
Comparere nullos:
Nec usquam adsunt Incæptores,
Nec Togæ, nec Cucculi.

Calcavi Atrium quadratum,
Quò juventus exiturn
Confluxit olim; video Pratum
Quod densum tegit gramen.

Adibam lubens scenam Musicen
Quam faminæ & joci
Ornassent pridem; sed Tibicines
Jam nusquam erant loci.

Conscendo orbis illud Decus
Bodleio fundatore,
Sed intus mutum erat pecus
Excepto Janitore.

Neglectos vidi libros multos,
Quod minime mirandum,
Nam Bardos inter tot & stultos,
There's few could understandum.

Dominico sequenti die
Ad sacra celebranda,
Ad ædes propero Matris
(Nam Diva vetor nescia.)

Tenebar meos intrandi mœstus
Sollicitus ne avus;
Sed prorsus frustrà, nullis cavus
Introitum negavit.

Ingressus sedes Senioribus
Togatis destinatas,
Videbam Cœcis & fatoribus
Et lixis usurpatas.

Procul ecclesiæ recens prodit
Cui sacris Exterarum;
Quod verò quisquis probus odit,
Est Consuetudo parvum.

Procuratores sine clavibus,
Quæ rentibus ostendat;
Bedellos novos sine Scutibus,
Res protinus ridendas!

Suggestum conscendebat Fungus
Insulsa quæque fundens;
So dull a fool was never among us,
Pulvinar qui contundens.

In Buccam quisquis ebullivit
Minaci ultro dentre,
Beatæ magnæ effatrivit,
** Nec usquam erat Extra.*

* A bald Phrase is good enough for a bald Sermon.

Defessus hâc Dulmanitate
Decrevi venerandos
Non adhuc pulsos Civitate
Amicos salutandos.

Collegium petii Animarum,
Nunc propriè sic dictum,
Nam rerum hic Corporearum
Vix quicquam est relictum.

Hic quero Virum suavitate
Omnimodâ politum,
Respersum; alibi ingratè
Custodem Custoditum.

Ad Corpus Christi flatto gressum
Quâ brevitate possum;
Jurares novis probris pressum
Et furibus confossum.

Ecclesiam Christi susque deque
Jactatam nox & versam,
Et sobolem longe lateque
Recepimus dispersam.

Hic rogo ubi sit Orator
Divina planè mentis,
Proh facinus! Incarcerator
Facundæ Decus Gentis.

Hinc Domum peto Præcursoris
Quem tristè passum fatum
Recenti, narrant vi Terteres
Secundo decollatum.

Tam Sancta Præside cadente
Discipuli recedunt;
Et Cacodæmone regente
Nec bibunt jam nec edunt.

Heu pulchra Domus! Nuper lata
Dulcissimis flamentis,
Nunc cane penitus oppleta
Canalis putrescentis.

Adire nolui Trinitatem,
Quam nostis prope stare,
Hæreticam Societatem
Ne videar deamare.

In tanta Desolatione
Quod quis stupendum dicet,
Occurrent nusquam tres Personæ,
Scruteris usque licet.

Reversa tristis fertur casus
Et miserandum Omen
Collegii, Cui Ruberos nasus
Præ foribus dat nomen.

Dederunt illi Principalem
Rectores hi Severi,
Distantis oculis, & genalem
Natura vult cavere.

Mox ades ingredi conatus
** Non unquam senescentes,*
Stupescens audio ejulatus
Horrenda sustinentis.

* Still, & ever New Colledg used then as a Prison, where among others poor *Collier* was tortured.

Quod

Quod nuper dulce domicilium
Ingenuis Alumnis,
Est idem mœrens nunc & squalidum
Inhorrescit quemlibet.

Hâc sedentem me recepit vaniens
Flens ipsa Magdalenam;
Hic gemens video eandem
Vacuitate plenam.

Quæ dudum felix ornabatur
Frequentibus Alumnis,
Quæ suavibus imbuebatur
Doctissimis Columnis.

Nunc lapsis fulcris, quibus olim vigebat,
Videres humi stratum;
Et prole densâ, quâ gaudebat,
En miserè orbatum.

Hæ sedes, comptiores Musæ
Quas habuêre sibi,
Nunc squalidis tenebris offusæ;
En Thus & Olim tibi.

Prò Præsule, cui quicquam Parem
Vix ætas nostra dedit,
En vobis fulcimus Capularem
Ad clavum jam qui sedet.

Quàm vereor ne dixo omine
Septem regredientur
Dæmonia, divino numine
Quæ quondam pellebantur.

Quo-

Quocunque brevitèr flectebam
Aut dirigebam visum,
Id totum movit quod videbam
Aut lachrymas, aut risum.

Ingemui dum vires video
Egregiæ ejectas;
Et contrà alternatim rideo
Stolidulos suffectos.

O probum Reformandi Artem!
Quâ novitium datur,
Quæ curat, quæ extremum Partem,
Ut Totum resciscatur.

Quadruor Homines quæ jubet
Et doctor ostiarius;
Et Nebulones, prome jubet,
Rotundos subrogandos.

Collegia petis? Leges duras
Habes; nil fas videre
Præter Ædes & structuras,
Scholares abiêre.

FINIS

Culinas illic frigescentes,
Capellas sine precibus,
In Cellis cernas sitientes
Et Aulas sine * Messibus.

* i. e. Messes of meat.

In Templis quæris Conciones
Aut quicquam quod decorum?
Habebis Hæsitationes
Extemporaneorum.

In-

Interea quid Oppidani
With all their quaint devices,
Qui novas hisce male-sani
Exoptavêre vices?

Erecta cornua gerebant
Dum montes hi parturiunt:
Sed nunc fastidiunt quæ volebant,
Et fortiter esuriunt.

Heu ingens rerum vicissitudo,
Et Ævi decus pridem;
Quo tandem pacto huc perventum,
Ut Idem non sis Idem?

Nam vix à quoquam (quod narratur
Obventum olim Somnio)
Compertum erit si quæratur
Oxonium in Oxonio.

FINIS.

XII. Mr. Cowley Author
see note